

lib. De Divinis Nom., cap. ii. in fine prima partis haec scribit : « Quod primordialis et fontana sit deitas Pater, Filius vero et Spiritus Sanctus fœcunda deitatis (si fas est dicere) germina plantata divinitus et veluti flores, ac supersubstantia lumina, a Scripturis sanctis accepimus. Quoniam vero modo ista sint, neque elogui, neque intelligere possumus. » Ille et S. Augustinus, lib. VI De Trin., cap. x. : « Quidam (is est S. Hieronimus, lib. De Synodis, non longe a principio), ait, cum velle clarissime singularum in Trinitate personarum insinuare propria : Eternitas est, inquit, in Patre, species in imagine (in Filio), usus in munere, & puto in Spiritu Sancto, qui est dominus et manus Patris et Filii. Idem S. Augustinus, serm. 38 De Verbis Evang. secundum Joannem : « Non enim verbum, inquit, proficit, aut crescit accepte dente cognitore, sed integrum manet, si permanescit; integrum, si recesserit; integrum, cum redieris, manea in se et innovas omnia: ergo est forma omnium rerum, forma infabriata, sine tempore et sine spatis locorum. »

Quinto, $\lambda\epsilon\rho\pi$; veri potest definitio, quia quasi rerum omnium definitio Patris naturam omnesque res definite et plene exprimit. Unde S. Gregorius Nazianzenus, orat. 4 de Theod. : « Eodem modo, ait, Filius se habet ad Patrem, quo definitio eius definita; nam hoc quoque $\lambda\epsilon\rho\pi$; dicitur. Qui enim Filium videt, videt et Patrem, » Joannis, cap. xiv; ac huius faciliter paternae nature declaratur esset Filius ; sic et Euthymius in cap. i Evang. S. Joanni, Rursum $\lambda\epsilon\rho\pi$; veri potest coniunctus, cœlatus, suppeditatio. Verbum enim est calculatum et computatum angelorum, Sanctorum, immo creaturarum totius universi.

Sexto, $\lambda\epsilon\rho\pi$; veri potest causa, quia Verbum est causa per quam singula facta sunt et subsistunt. Ita S. Hieronymus, epist. ad Paulinum. Philostratus in Heroicis : « Trojanis, inquit, Hector manus, Eneas mens fuit; a Verbum creaturam tam manus, quam mens fuit; tam causa efficientis, quam idea concepiens.

Septimo, aliqui $\lambda\epsilon\rho\pi$; verunt sermo promissus, sive quem voces et sermones Prophetarum pro miserunt venturum orbis Salvatorem : ita Beza, quem recte refutat nosfer Salmeron, tom. II, tract. 4. Nam ante Prophetas eorumque oracula, ab eterno Verbum erat Verbum, eratque apud Deum, ut ait S. Joannes. Reipsa ergo Beza negat $\lambda\epsilon\rho\pi$, aqua ac Alogiani, teste Epiphanius, heresi 51, et Centuriatoris Magdeburgenses, centur. 1, lib. I, cap. iv, qui negant $\lambda\epsilon\rho\pi$ dici respectu Patris, quasi ab eo genitus sit per cognitionem. Ille ergo sunt hostes Verbi et Filii Dei, ideoque semi athei.

Octavo et optimo, $\lambda\epsilon\rho\pi$, cum Nostro et Patribus pene omnibus, veritas, verbum, utique non oris et vocis, sed cordis et mentis. Sicut enim nos dum cogitamus vel intelligimus quipiam, formamus nihil conceptum rei cognitae vel intellectus, qui

dicitur verbum mentis: ita Pater aeternus intelligendo et comprehendendo suam essentialiam, et omnia que in ea sunt, formavit et produxit hoc Verbum, etenim sibi adequatest et simillimum, quo fit ut Verbum hoc sit Deus, Deinde Filius a Patre genitus. Dixi, « omnia que in ea sunt, » quia in essentiali Patris est virtus spirandi Spiritum Sanctum, et omnipotencia producendi omnes creature possibilis; quare ex cognitione Spiritus Sancti et creaturarum possibilium pariter ac essentialis divine producitur et procedit Verbum, ut dicit Francisca Suarez, lib. IX De Deo trino et uno, cap. vii, v et vi, et alii.

Ubi nota : Verbum Dei est duplex: unum essentialis, quod est ipsa intellectus Patris, quam cum essentiali, intellectu et voluntate communicanti Filio et Spiritui Sancto. Et hoc videntur intellexisse Trismegistus, Plato et Philosophi (de quibus mox). Similiter Ariani Verbum internum essentiale, id est intellectum Patris et Fili et Spiritus Sancti ponebant in uno Deo ipsi continentem; sed addebant Deum expresse esse Patrem in tempore, cum Verbum notionale a se distinctum produxit, quasi primum creaturam, et per eam ceteras. Alterum Verbum est notionale, sive personalis, quod est Verbum a Patre productum et genitum, ideoque ipsum est persona subsistens, puta Filius Dei Patris. De notionali agit S. Joannes tam hic, quam in Evangelio. Verso S. Cyrilus, lib. VII Thesauri, cap. i : « Nomen Verbi, inquit, elegit (S. Joannes), quia est maxime proprium et significativum divinitatis, et processionei proprii secunde personae. » Unde Apocal. xix, dicitur : « Et nomen eius erat Verbum Dei. » S. Augustinus vero, lib. XV De Trinit., cap. xiv, Verbum essentiale a notionali distinguens, sic ait : « Novit omnia Pater in se ipso, novit in Filio, sed in seipso tanquam seipsum, » puta essentialiter; « Filio tanquam Verbum suum, » puta notionaliter.

Adverte, $\lambda\epsilon\rho\pi$; idem est quod verbum, sermo, oratio. Unde Tertullianus, S. Cyprianus, S. Ambrosius, Hieronymus et alii veteres sepius Filium vocant sermonem. Renovavit igitur hoc aeyo Erasmus; unde pro, In principio erat Verbum, in principio erat Sermo, ob quam novationem a Theologis vapulavit. Erasmus secutus est et defendit Calvinus in cap. i Evangel. S. Joannis. « Miro, ait, quid Latinos moverit ut $\lambda\epsilon\rho\pi$ transferrent Verbum. Sic enim verendum potius fuisset $\lambda\epsilon\rho\pi$. Verum ut deus aliquid probable secutos esse, negari tamen non potest, quin Sermo melius conveniat; unde apparet quam barbarum tyrannidem exercerunt Theologasti, qui Erasmus turbulentem adeo vexarunt, ob mutatam in melius unam vocem. » Erras, Novator, cum errarent et novarent sequeris.

Quod enim hoc loco melius conveniat verbum quam sermo, liquet primo, ex eo, quod Verbum simplicius sit sermone; sermo enim est compo-

COMMENTARIA IN I EPISTOLAM S. JOANNIS, CAP. 1.

situm quid ex verbis : simplicissimum autem est Dei Filius. Secundo, quia verbum generalius est sermone; omnis enim sermo est verbum, at non omne verbum est sermo. Tertio, quia conceptus mentis semper verbum mentis, nunquam sermo dicitur. Filius autem est conceptus mentis divinae paternae. Quarto, siue mens giguit verbum entis, haecque fit vocare dum in ore lingnam earream deducitur, et quasi ex ore nascentur: ita Pater genuit Verbum mentale, quod factum est vocale per incarnationem, dum indutus earmem, os et vocem hominis, per eam loculum annuntiavit nobis voluntatem Patris. Et hue subinde alludit Scriptura dum Christum, qua homo est, vocat Verbum, eo quod qua homo fuerit legatus, munitus et interpres voluntatis dei apud homines, ut patet I Joannis v, 7; Apocal. xix, 13. Ita S. Chrysostomus et Theophylactus in capite i Evangelii S. Joanni, et S. Epiphanius, heresi 71 : « Filius aut, Verbum nominatur, quia interpres est voluntatis Dei; » et S. Augustinus, lib. De Fide et Symbolo, cap. iii : « Verbum, at, Patris dictum est, quia per ipsum imotescit Pater. Sic ergo verbis nostris id agimus, ut noster animus imotescat audiens, sic illa Sapientia quam genuit Pater, quoniam per ipsum imotescit animus secretissimum Patris, Verbum eius convenientissime nuncupatur. » Verum S. Joannes tam hic, quam in Evangelio, Christum vocat Verbum ratione divinitatis, non humanitatis. Quinto, licet aliqui apud S. Augustinus, lib. De Principiis. Dialect., cap. vi, verbum derivant a verbo, quod verbo queritur lingua intra palatum aere, omnem verbum proferatur, melius tamen ipse S. Augustinus, lib. XV De Trinit., cap. xi, ex Varrone, Servio et aliis, verbum deducit a vero et veritate, quod verum verbo concipiatur et loquatur. Verbum ergo, ut et verum menti est intimum; sermo vero innuit potius aliud, foras jactum, dicitur a sero: seruit enim sermo inter plures et sepe falsus. Nam, ut ait Servius : « Sermo est consertio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. » Melius ergo Filius Dei vocatur Verbum quam sermo.

Denique Verbi hujus dignitatem et attributa describens S. Basilus, lib. II Contra Eunomium, processiones hujus admiranda aia similia illis verbis proponit : « Oportet (inquit) dignam deo generationem intelligere impossibilem, imperfibilem, indivisibilem, sine tempore, instar resplenditiae a luce radii; intelligere autem imaginem invisibilis Dei, nec secundum in artificiosas has imagines ad exemplar postea elaboratas; sed existentem et consubstantiem cum prototypo, qui ipsi substantiam dedit, itemque cum archetypo existente; nec imitatione figurata, sed tanquam sigillo aliquo tota Patris natura Filio impressa. Aut si vis, qualis aratum sit constituta tota ex docentibus in discipulis immissa; cum tota ex docentibus in discipulis immissa; cum tota ex docentibus, et perfectio adsit illis qui

dicerent, vel id quidem non ita congruum ad Dei Filius. Secundo, quia verbum generalius est sermone; omnis enim sermo est verbum, at non omne verbum est sermo. Tertio, quia conceptus mentis semper verbum mentis, nunquam sermo dicitur. Filius autem est conceptus mentis divinae

paternae. Quarto, siue mens giguit verbum entis, haecque fit vocare dum in ore lingnam earream deducitur, et quasi ex ore nascentur: ita Pater genuit Verbum mentale, quod factum est vocale per incarnationem, dum indutus earmem, os et vocem hominis, per eam loculum annuntiavit nobis voluntatem Patris. Et hue subinde alludit Scriptura dum Christum, qua homo est, vocat Verbum, eo quod qua homo fuerit legatus, munitus et interpres voluntatis dei apud homines, ut patet I Joannis v, 7; Apocal. xix, 13. Ita S. Chrysostomus et Theophylactus in capite i Evangelii S. Joanni, et S. Epiphanius, heresi 71 : « Filius aut, Verbum nominatur, quia interpres est voluntatis Dei; » et S. Augustinus, lib. De Fide et Symbolo, cap. iii : « Verbum, at, Patris dictum est, quia per ipsum imotescit Pater. Sic ergo verbis nostris id agimus, ut noster animus imotescat audiens, sic illa Sapientia quam genuit Pater, quoniam per ipsum imotescit animus secretissimum Patris, Verbum eius convenientissime nuncupatur. » Verum S. Joannes tam hic, quam in Evangelio, Christum vocat Verbum ratione divinitatis, non humanitatis. Quinto, licet aliqui apud S. Augustinus, lib. De Principiis. Dialect., cap. vi, verbum derivant a verbo, quod verbo queritur lingua intra palatum aere, omnem verbum proferatur, melius tamen ipse S. Augustinus, lib. XV De Trinit., cap. xi, ex Varrone, Servio et aliis, verbum deducit a vero et veritate, quod verum verbo concipiatur et loquatur. Verbum ergo, ut et verum menti est intimum; sermo vero innuit potius aliud, foras jactum, dicitur a sero: seruit enim sermo inter plures et sepe falsus. Nam, ut ait Servius : « Sermo est consertio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. » Melius ergo Filius Dei vocatur Verbum quam sermo.

Tertullianus his etiam usit collationibus in libro adversus Præzram, cap. viii : « Profluit Deus sermonem, id est, verbum, siue radix fructem, et fructus fluyum, et sol radium; nec frutus a radice, nec fluvius a fonte, nec radius a sole discernitur, siue nec a Deo sermo, » etc.

Diximus S. Gregorius Thaumaturgus, Verbum hoc aequa ac Patrem et Spiritum Sanctum depingit in Symbolo, quod ei certus traditum est nostro S. Joanne, jussu B. Virginis, ut scribit Gregorius Nyssenus in Vita Thaumaturgi. Symbolo hinc hoc Oriente celeberrimum ita se habet : « Unus est Deus, Pater Verbi vivens, sapientia subsistentis, et potentia et figura aeterna, perfecta perfecti genitor, Pater Fili unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et imago dei, verbum efficax, sapientia constitutione rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturae effectrix. Filius verus est Pater, visum effugiens visum effugientis, et corruptio non obnoxius non obnoxii corruptioni, et morti non obnoxius morti non obnoxii, et aeternus aeterni. Unus Spiritus Sanctus ex Deo ortus et existentiam habens, qui in Filius apparet, videlicet hominibus, imago Fili perfecti, perfecta vita viventium, causa, fons, sanctus, sanctitas sanctificationis suppediatatrix, per quam manifestatur Deus Pater, qui est super omnia et in omnibus; et Deus Filius, qui per omnia permanet; Trinitas perfecta, que gloria atque aeternitate et regno non dividitur, neque ab alienante. »

Porro idem per umbras viderunt Gentiles, id que dicerunt vel ex libris Mosis et Hebreorum. Unde Plato vocatur Moses Atticus ab Eusebio, lib. XIII de Prepar., cap. viii; et a Theodoro, lib. II de Cur. Grac. affect.; et Oceanus Theologus, a quo fluvii omnes et maria derivantur; illinc enim Anaxagoras, Pythagoras et Plato parva quedam veritas lumina desumperunt. Vel ex Sibyllis, vel lumina nature, vel instinctu divino. Audi Lactantium, lib. IV de Sapientia, cap. ix : « Hunc, ait, Sermonem, » id est Verbum divinum, « ne Philosophi quidem ignoraverunt. Siquidem Zenon naturae dispostorem atque opificem universalis $\lambda\epsilon\rho\pi$ predicat, » quem et fatum, et necessitatem rerum, et Deum, et animatum Jovis nuncupat. Nam Trismegistus, qui veritatem pene universalis, nescio quomodo investigavit, virtutem majestatemque Verbi saepe descripsit. Id enim de Mercurio Trismegisto testatur S. Augustinus, lib. De Quinque heresi, cap. iii. Idem Mercurius in Pimandro : « Mens (inquit) Deus, utriusque sexus constitutio plenissimum, vita et lux, cum verbo suo mente alteram opificem peperit, qui quidem Deus, ignis atque spiritus numerus. » Accedat docentibus, et perfectio adsit illis qui

dit his vulgata illa ejusdem sententia: « Monas genuit monadem, et in se sum reflexit ardorem; » hoc est, unus Deus genuit unicum Filium, et in se amorem reflecens, produxit Spiritum Sanctum. Illud quoque in *Pinandro*: « Mens Deus tuus, mentis vera germe lucens Dei Filius. » Similiter Theodoretus, lib. II *De Principiis*: « Plotinus (inquit) ac Numenius explicantes Platonis mentem, tria autem posita esse a Platone eterna, ipsius videlicet bonum, mentemque et hujus universi animam; vocat enim bonum, quem nos Patrem dicimus; mentem vero seu intellectum, quem nos Filium Verbumque appellamus; potiam vero que omnia omnia et vivificet. Animam vocat eam quam sacre Litterae Spiritum Sanctum appellant. Atque haec ipsa, ut sepe jam dixi, ex Hebreorum sapientia et Theologia subducta sunt. » Verum recte notat Cardinalis Bessariorum, lib. II *Apolog. Platonis*, cap. IV, Platonem non christiane, sed ariane de Filio et S. Trinitate esse locutum; nam statuit gradus in divinitate. Primum enim entium statutum primum Deum, post hunc quasi inferiori gradu ponit mentem ab eo productam; ac denique tertio loco et gradu ponit mundi animam, quae universum hoc quasi animal animet et vegetet. Docuit ergo Plato, Deum ingenitum primo genuit mentem; secundum, animam mundi. Quare arianizat; ponit enim mentem et animam mundi, quasi res distinctas a Deo ingenito, eoque minores. Huc facit illud Serapidis oraculum datum cuidam regi Egyptio:

Principio Deus est, tunc sermo, et spiritus istis
Additio: aqua haec sunt, et tendentia in unum.

Sic et Orpheus aliquie Greco, Chaldei et Egypci Deum Patrem vocarunt νέον, id est mentem, Filium vero ἄρχοντα, quasi mens prolem, ait Theodoretus, lib. II *De Curand. Graec. affect.*, et S. Augustinus, lib. VII *Confess.*, cap. ix. Alii Patrem vocarunt animam, vel spiritum; Filium vero νέον, id est mentem et notitiam Patris. Quanquam multi valde probabiliter censem Orpheum, Trismegistum, Platonem et Platonicos per νέον et ἄρχοντα non Verbum notionale, hoc est Filium, sed essentiale, hoc est, ideam mentis divinae, per quam omnia produxit, intellexisse. Hinc et illud Trismegisti: « Monas genuit monadem, in se sum reflexit ardorem, » quod multi sic explicant, q. d. Pater genuit Filium, ipsumque reflexo amore amans spiravit Spiritum Sanctum. S. Thomas, in cap. i *Evang. S. Joan.*, sic explicat, q. d. Unus Deus unum creavit mundum, proper sui ipsius amorem. Plura vide apud Theodoretum, Eusebium, Augustinum, locis citatis, et Augustinum Steuchum, *De Perenni Philosoph.*, ac nostrum Barredium, tom. I, lib. IV, cap. iii.

Quares tertio an Verbum hoc divinum simile sit nostro verbo mentis, an vero dissimile? Respondeo, partim esse simile, partim dissimile. Si-

mile est *primo*, quia sicut nostrum est immateriale et spirituale, ita et divinum. *Secundo*, sicut homo mente parit conceptum sive verbum mentis, ita Pater intellectu et intellectione sua comprehendens suam essentiam omnique eius attributa, dignit Verbum. Verbum ergo est notitia et notio Patris. Unde S. Augustinus, serm. 38 *De Verbis Evang. secundum Joannem*: « Verbum Dei, ait, incorporaliter, inviolabiliter, incommutabiliter, sin temporali nativitate, natura tamen intelligamus a Deo. » *Tertio* sicut per nostrum verbum concipimus res omnes, ita et Deus per suum. *Quarto*, sicut nostrum est menti internum, ita et Dei est enim apud Patrem et in sine Patre, *Joan. 1, 18*. sicut nostrum menti inhabet, illuc est intimum. *Quinto*, sicut nostrum est idea, juxta quam omnia fabricamus et facimus, ita et Dei, juxta illud: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, » *Joan. 1*. Hinc Timeus Platonicus Deum Deique Verbum vocat νέον ἄρχοντα, mundum exemplarem; quia Verbum est mundus increatus et immensus, qui est idea et exemplar mundi creati. Est ergo Verbum maximus mundus sapientiae, sanctitatis, intelligentiae, vitae, rationis, formarum; nam, ut ait Plato: « Omnia quotquot sunt animalia intelligibilia, ille in se complexus sorbat et confinet; non secus eam mundus nos et omnia creastra, quaecunque cernuntur, suo ambitu cingit. » *Sexto*, sicut nostrum verbum mentale fit vocale, dum loquimur; ita Verbum divinum factum est vocalis, dum in carne assumpta locutum est. *Septimo*, sicut verbum nostrum est imago rei que intelligitur, ita Verbum divinum est imago Dei Patris. *Octavo*, sicut verbum, puta conceptus noster, tamdiu durat, quanidu durat intellectio, sic et divinum Verbum. In aeternum autem permanet Patris intellectio: quare in aeternum quoque dignitur, manetque eis Verbum, quod per illum producitur; quia enim intellectio Patris semper est in actu, hinc et Verbi generatio semper est in actu. Quapropter vera est haec propositio: Verbum semper dignitur, et semper est genitum; quia in divinis idem est fieri et factum esse. Hoc est quod ait Michaeas, cap. v, vers. 2: « Egressus, » Hebr. *egressiones*, « eis ab initio a diebus aternitatis. » Unde Patres concilii Ephesini: « Coexistere, inquietum, semper, et coeternum esse Patri Filium splendor tibi denuntiet, impossibilitatem nativitatis illius ostendat Verbum, consubstantiam nomen Fili i pandat. » El S. Basilius, homil. I in *Joannem*: « Cur Verbum? ut ostendat quod ex mente processit. Cur Verbum? quia circa passionem naturest. Cur Verbum? quia imago est genitoris, totum in ipso genitorum ostendens. *Nona*, sicut conceptus mentis precedit opus, ita et Verbum precedit opus Dei. Nam, ut ait S. Augustinus, XV *De Trin.*, xi: « Hominis opera nulla sunt, que non prius dicantur in corda. » Unde scriptum est: « Iustum omnis operis verbum. » Nec ita multo post: « Est (inquit) et haec in ista similitudine

verbi nostri similitudo Verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum quod non sequatur opus; opus autem esse non potest nisi precedat verbum: sic et Verbum Dei potuit esse nulla existente creatura; creatura vero nulla esse potest nisi per ipsum per quod facta sunt omnia. »

Sexto, verbum nostrum est impotens et ineffectus: Verbum Dei est efficax et omnipotens; dixit enim, et protinus facta sunt omnia, *Gen. 1*.

Octavo, verbum nostrum tam oris quam mentis, mox ut effatur et nasclitur, dilabitur et diffundit: Verbum Dei est aeternum, quia eterna est intellectio, puta dictio et generatio Patris. « Cessat, ait S. Hilarius, lib. II *De Trinitate*, sonus vocis et cogitationis eloquiorum: « Verbum hoc res est, non sonus; natura, non sermo; ius, non ianuas est. » Plura de Verbo vide apud D. Thomam et Suarez loco citato.

Ilaque licet aliquo modo ascendamus ex *verbis* mentis nostrae ad Verbum Dei, tamen hic ascensus per lumen naturae tantum fit ad Verbum essentiale. Per hoc enim Deus omnia concepit, intelligit. Verbum vero divinum non est forma Patris intelligentias a quo producitur, quia est res per se subsistens, qua nequit esse forma rei alterius distincte. Ha Suarez, lib. IX *De Deo trino*, cap. 1.

Secondo, verbum nostrum est aeternale ac mente posterius: Verbum Dei est aeternum Deoque coevum. Rursum verbum nostrum producitur ex intelligentia intelligentis, quia sine eo nequit rem actu concipere et intelligere; et Verbum Dei non ex indigenia aut potentialitate, sed ex infinita perfectione et fecunditate intellectus paterni producitur, ideoque supponit illum non solum constitutum in actu primo, sed etiam in actu secundo intelligendi.

Tertio, verbum nostrum est imperfectum et immobile, ideoque varium et multiplex: Verbum Dei est perfectum, ideoque constans, immutabile, unum et simplex, « cum in uno sint omnia, » ait S. Augustinus in *Psalm. xlvi*, et S. Athanasius, serm. 3 *Contra Arian.*

Quarto, verbum nostrum est a mente distinctum et ἀπόστολος, id est alterius nature: Verbum Dei est *ὑπόστολος* et consubstantialis Dei Patris. Ita S. Anselmus in *Mon.*, cap. xxviii.

Quinto, verbum nostrum est in nostra hypostasi: Verbum Dei est hypostasis et persona distincta Patre, per quam Pater dixit et fecit omnia.

Sexto, verbum nostrum non est filius noster: Verbum Dei est Filius Dei. Rursum Pater producens Verbum, ipsissimam suam intellectiōnē communicat Verbo, quod non facit mens nostra verbo suo, immo potius vice versa ipsa per verbum constitutur in actu secundo intelligendi. Ha Suarez loco citato. Hinc Filius vocatur Sapientia genita. Unde S. Augustinus, *Quast.* LXXXIII inter LXXXIII, dicit Patrem esse sapientem sapientia genita, hoc sensu quod eam genuerit. Verum hanc phrasim retractans, lib. I *Retract.*, cap. xxvi, lib. VI *De Trin.*, i: « Ergo Pater, inquit, ipsa sapientia est, qua sapiens est. Filius vero dicitur sapientia Patris et virtus eius, non quia Pater per seum sit sapiens, vel potens, sed quia Filius sa-

pientia et virtus est de Patre sapientia et virtute. Ex his ergo patet quod Pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita. »

Septimo, verbum nostrum est impotens et ineffectus: Verbum Dei est efficax et omnipotens; dixit enim, et protinus facta sunt omnia, *Gen. 1*.

Octavo, verbum nostrum tam oris quam mentis, mox ut effatur et nasclitur, dilabitur et diffundit: Verbum Dei est aeternum, quia eterna est intellectio, puta dictio et generatio Patris. « Cessat, ait S. Hilarius, lib. II *De Trinitate*, sonus vocis et cogitationis eloquiorum: « Verbum hoc res est, non sonus; natura, non sermo; ius, non ianuas est. » Plura de Verbo vide apud D. Thomam et Suarez loco citato.

Ilaque licet aliquo modo ascendamus ex *verbis* mentis nostrae ad Verbum Dei, tamen hic ascensus per lumen naturae tantum fit ad Verbum essentiale. Per hoc enim Deus omnia concepit, intelligit. Verbum vero divinum non est forma Patris intelligentias a quo producitur, sed quad intellectio Dei sit dictio, id est productio, que dixerit, produxerit et genererit Verbum notionale quasi Filium, hoc incomprehensibile est, et non nisi per revealacionem Dei sola fide cognoscitur et creditur: supereminens omnem intellectum angelicem et humanum, quod in SS. Trinitate in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoratur equalitas, ut ut canit Ecclesia in festo SS. Trinitatis. Ipsa ergo casto mutoque potius admiranda et adoranda est silentio, quam curiosio et exili scrutanda et declaranda ingenio, ut etsi Seraphinis stupentibus stupentes ei acclamemus: « Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth; plena est omnis terra gloria eius, » *Isai. vi*. « Hoc (Dei Verbum) doctus Plato nescivit, horum Demosthenes eloquies ignoravit. Perdam, inquit, sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprehobabo, » ait S. Hieronymus ad *Paulinam*. « Errat covit mecum verbum bonum; dico ego opera mea regi, » ait Psaltes *Psalm. xlvi*, 1. « Vides hoc Verbum Filium Dei esse, quem non aliunde quam de paterno pectore, et ut ita dicam, de utero cordis Dei, credimus existuisse, » ait Nazianzenus *De Fide*, iuxta illud: « Ex utero ante luciferum genui, » *Psalm. cix*; ubi S. Hieronymus: « De utero generavit, inquit, id est, de sua natura, de suis visceribus, de sua substantia: ex utero, id est, de medullis divinitatis sue, totum quidquid Parent est in divinitate, dedit Filio. »

Tropologie: quomodo Verbum loquatur cordi hominum explicant S. Augustinus XI *Confess.*, ix, et S. Bernardus, serm. 43 in *Cant.*: « Pulchritudo, inquit, illius dilectio eius, et ideo major, quia praeveniens. Medullis preinde cordis et innumeris vocibus affectionum, tanto amplius atque ardentius clamitat sibi diligendum, quanto id prius sensit diligens quam dilectum. Itaque locutio verbi, infuso doni, responsio anime, cum gratiarum actione admiratio. Et idecirco plus diligit, quod sentit se in diligendo victimam; et ideo plus

miratur, quod praeterveniat agnoscit. » Et S. Ambrosius, III De Virgin.: « Vulnerat, ait, Dei Verbum, sed non ulcerat. Est vulnus boni amoris, sunt vulnera charitatis. Ideoque dixit (spousa Cant. ii), Vulnerata charitatis ego sum. Que perfecta est, vulnerata charitatis est. Boni sunt igitur Verbi vulnera, bona sunt amantis vulnera. »

VERBO VITA: — « Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio vita habere in semetipso, » Joan. v, 26 : hinc Patri attributum esse, Verbo vivere, Spiritu Sancto diligere.

Nota: Triplex est vita: divina, angelica, humana. Divina est perfectissima, immensa, eterna, increata, origo et fons vita angelica et humana. Angelica est creata, sed spiritualis. Humana partim est spiritualis, partim corporea. Estque duplex, naturalis et supernaturalis. Naturalis rursum est triplex: vegetativa, sensitiva et rationalis. Supernaturalis est duplex: inchoata per gratiam, qui homo justus per fidem; spem et charitatem servit Deo, vivitque vitam supernaturalem in Deum supernaturaliter credendo, sperando, eumque super omnia amando; altera vita supernaturalis est consummata per gloriam, qua Beati Deo fruuntur, deliciantur et beatantur in eternum. Porro divina vita est duplex: formalis et causalis. Formalis est quia Deus in ipso vivit vitam divinam, increatam, summe immortalem, sanctam, iucundam, perfectam, beatam et eternam. Causalis est duplex: naturalis et supernaturalis. Naturalis quia causa vitam naturalem omnium plantarum, animalium, hominum et Angelorum; supernaturalis, quia causat vitam supernaturalem; tum gratiae; tum glorie; tum hominem quam Angelorum. Vide S. Dionysius, lib. VI De Divinis Nominitibus, ubi docet Deum esse originalem vitam, *primo*, vita angelicae; *secundo*, humanae; *tertio*, animalium; *quarto*, plantarum; *quinto*, justorum; *sexti*, Beatorum. Dicitur ergo Verbum vita, id est, vita et vivificatio, quia habet in se vitam, immensam in se est vita divina, tum formalis, tum causalis jam dicta. Adiudicat, immo citat Joannes illud ex Evangelio cap. I, vers. 4: « In ipsa vita erat, » quod interpres tripliciter de triplice vita expounit. *Primo*, de vita formalis, q. d. ipsa Verbi substantia est vita, ipsum Verbum est vita subsistens, ut Oecumenius. Ipsum Verbum per essentiam et essentialiter est vita: ipsa enim eius essentia est vivere et vita: in Deo enim et Verbo omnia sunt de essentia Dei et Verbi; nullum enim ibi est accidentes. Unde Deus et Verbum per essentiam est sapientia, vita, bona, potestia, virtus, etc.; hec enim haec in nobis sunt accidentia, in Deo tamen sunt essentia, adeoque realiter inde sunt eius essentia Dei. Ita S. Dionysius, loco citato, et S. Thomas, I part., Quæst. XXVII: Adiudicat ad illud Psal. XXXV: « Apud te est fons vita, et in lumine tuo videbimus lumen, » hoc est, ait Theodoretus: « Apud te est Verbum eternum, fons vita, et in lumine

Spiritus Sancti lumen Unigeniti cui cerneamus. »

Secundo, accipi potest de vita non causal, sed naturali, q. d. In Verbo est vita, hoc est in Verbo quasi in idea vivunt sempiternae rerum omnium rationes, ut ait S. Augustinus. Verbum enim est omnium creaturarum idea: idea autem est ipsa essentia et vita Dei. Ita S. Augustinus, tract. I in Joan.: « Sapientia Dei (inquit), secundum artem continet omnia: terram videt, solum, sole, lumen; sunt ista in arte: sed tunc corpora sunt, in arte vita sunt. » Allo vero, loco: « Propreterea (ait Joannes) quod factum est, in ipso vita erat; omnia que facta sunt et vitam non habent, in ipso Verbo. Dei vita sunt, in seipsis vita non sunt. » Quod ipsum sensisse videtur auctor homiliarium ex diversis, quae tribuuntur Origeni. « Corpus, ait, et terra, abysus et quecumque in eis in Verbo vivunt, et vita sunt, et aeternitas subsistunt, et quae nobis omni motu vitali carere videtur, in Verbo vivunt. » Rursus: « Omnia que per Verbum facta sunt, in ipso vitaliter et uniformiter et causaliter subsistunt. » Denique: « In ipso vivimus, moveamur et sumus. » Actor, cap. XVII, vers. 28.

Praeterea Philo, lib. De Mundi opificio: « Ubis deinceps, inquit, ingentem habeat urbem condere, prius formas ejus concepit, ex quibus postquam intelligibilem mundum constituit, ad illius exemplar sensibilem hunc mundum condidit. » Et post multa: « Si enī (inquit) liber apertioribus uti vocabulis, nihil aliud dixerit esse mundum intelligibilem, quam Verbum Dei cum mundum condidit. » Rursus aliquanto post: « Lique autem quod archetypum sigillum, quem dicimus esse mundum intelligibilem, ipse sit archetypum illud exemplar, idea idealiter, Verbum Dei. »

Rursus in Verbo quasi in causa efficienti est vita, id est omnium rerum vigor, duratio et conservatio, quia haec per Verbum sunt: Verbum enim omnibus rebus dat vigorem; vivere; durare et permanere. Ita S. Chrysostomus, S. Cyrilus, Theophylactus, Euthymius in cap. I Evangelii S. Joan., vers. 4. Unde Jansenius ibidein sic expponit, q. d. Vita naturalis viventium pendet a Verbo, quasi sensim Joannes a vita viventium descendat ad hominem ejusque vitam acceptam a Verbo, et Clemens Alexandrinus, lib. Exhort. ad Gentes: « Verbum, ait, quid est apud Deum, doctor apparuit, Verbum per quod omnia sunt fabricata; et quod cum eo qui finxit vitam simul præbuit, ut opifex; bene vivere docuit, cum apparet ut magister, ut postea semper vivere præsiperet ut Deus. »

Tertio et magis genuina, tam hic quam in Evangelio, per vitam accedit, as vita causaliter supernaturalem; q. d. In Verbo quasi in fonte et causa erat vera nostra vita, tum gratiae, tum gloria. Unde ut hanc vitam et lucem hominibus communicaret, ad eos in carnem descendit, facetus homo, ut, sicut per Verbum magnus hic mus,

dus creatus est, ita per idem mundus parvus quoque (il est homo) recreareatur, et a morte peccati ad vitam gratiae et glorie revocaretur. Ita enim se explicat Joannes, dum subdit in Evangelio: « Et vita erat lux hominum, » et hic mox Verbum vocat vitam eternam, dicens: « Et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam eternam, que erat apud Patrem, et apparuit nobis. » Et cap. v, vers. 11: « Et hoc est testimonium, quoniam vitam eternam dedit nobis Deus. » Ita Chrysostomus, Augustinus, Ammonius, Theophylactus in Evangel. cap. i; S. Ambrosius, lib. III. De Fide, cap. iii; S. Athanasius, lib. VIII De Assumptione hominis contra Marcionem. Atque haec de causa S. Joannes et Scripturae passim alibi Christum vocant vitam, ut Joannes cap. iii: « Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam. » Et cap. iv: « Flet in eos fons aque saliens in vitam eternam. » Et cap. v: « Non nullus venire ad me, ut vitam habeatis; » cap. vi: « Qui credit in me, habet vitam eternam; » cap. 8: « Qui sequitur me, non ambulet in tenebris, sed habebit lumen vitae; » cap. x: « Ego veni ut vitam habeant; » cap. xi: « Ego sum resurreccio et vita; » cap. XIV: « Ego sum via, veritas et vita, etc.; » cap. XVII: « Ut omne quid dedisti ei, det eis vita eterna. » Paulus ad Coloss. iii, 4: « Illud apparuit Christus vita vestra. » Alludit ad lignum vite Genes. ii, 9: « Verbum enim « vita » est quasi arbor vita, quia vitam homini prorogat, non in longum tempus, ut illa arbor, sed in omnem aeternitatem. »

Idem per umbras viderunt Gentiles, qui profinde Iovem grecos vocarunt Ζεύς, id est vitam. Audi Aristotelem, lib. De Mondo: καὶ τὸν τὸν Ζεὺς καὶ Αἴαντα πρόσωπον τὸν ὄβραν, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἀπέστη Ζεύς, id est οὐρανοῦ τὸν Ζεύς, tum illa vocant, inter se compositis atque et ratione collatis nominibus, tanquam duabus illis vocibus significare velint per quem vivimus. » Illa posteriores Graeci: priores enim alia de causa Jovem vocarunt Ζεύς, quam assignat Laetantius, lib. I, cap. xi: « Ipsa autem, inquit, fuit servatus, furtumque nutritus ζεύς, sive τε appellatus est: non, ut isti putant, a fervore colestis ignis (quasi ἡρώ τοι Ζεύς), vel quod vita sit dator, vel quod animabitibus inspirat animas, que virtus solius Dei est: quam enim possit inspirare animam qui ipse accepit aliunde? Sed quod primus ex Saturni maribus vixerit. »

2. **ET VITA MANIFESTATA EST (I).** — q. d. Verbum quod est vita immortalis et beata, tum formalis, tum causalis; uti jam dixi, sed abscondita apud Deum in sinu Patris, jam per incarnationem sese manifestavit, ac hominibus aspectabilem et tractabilem se præbuit; itaque nos Apostoli, qui vidi-

(8) *Et pro nam, ut sepius alibi, et parenthesi includendus hic versus.*

Et ANNUNTIANS VOBIS VITAM ETERNAM (puta Christum, qui, qua Verbum Dei, est vita eterna, increata et per essentiam), QUE ERAT APUD PATREM, ET APPARUIT NOBIS; — ut ex invisibili fieret visibilis nobis per incarnationem, predicationem, miracula, ac presertim per transfigurationem,

ait Cajetanus, resurrectionem et ascensionem in eodem : ibi enim ostendit Christus se non tantum quia Verbum, sed et qua homo erat, vivere vitam gloriosam et aeternam.

Nota : *Tu quod erat apud Patrem alludit ad id quod ait in Evangelio, cap. I, vers. 1 : Et Verbum erat apud Deum, » quod pulchre Nomus vertit :*

Ἔντοντος τὸν ἀνθρώπον, ἦλιον τὸν θεόν, ἦλιον,
A Patre erat in divisum, altera una scelens in sede.

Occurrit S. Joannes objectionem. Dicit enim quis : Si ab aeterno erat Verbum, ubi erat, cum nihil, vel nullus locus esset in rerum natura? Respondet Joannes Verbum loco non egnisse, sed fusse apud Deum Patrem, utpote quia originem duceret, hoc est fusse in simu Patris, ut explicit versus 18, vel etiam in domo paterna, quae est Deus ipse, fusse absconditum nobis. Preposito ergo *apud* notat tria : *primo*, Verbum esse personam distinctam a Patre, contra Sabellium : ita S. Chrysostomus, Cyrilus, Theophylactus, Leontius in Joannis *Evangelio*, cap. I, vers. 1; *secundo*, *apud* significat amicam et summam Filii cum Patre coniunctionem ; *tertio*, *apud* significat qualitatem Filii cum Patre. Nam esse apud Deum est esse iuxta Deum, sive sedere ad dexteram Dei : eo enim post ascensionem rediit dicitur *Marcus* xvii, 49, et alibi. Hinc ruit heres Eunomius dicens Filium non esse Verbum. Duplex enim ponebat ipse Verbum : unum internum *ἔντοντος* Deo, alterum externum, quod a Verbo interno recipetur ea quae annuntiantur nobis, et hoc esse creatum, esseque Christum. Hoc refutat S. Joannes dicens illud item Verbum, quod erat apud Patrem, appariuisse nobis per carnem. Porro ne Arianum et Eunomius inferant : Verbum erat apud Deum, ergo ipsum non erat Deus : prevenit id Joannes, dum subdit in Evangelio : « *Et Deus erat Verbum.* » Sic enim persone divine inter se sunt distincte, et una apud aliam, ut tamen omnes habeant unam eamdemque numero essentialium, puta divinitatem. Quare ineptus fuit Arianus ille, de quo S. Fulgentius, lib. III *Contra Moninum*, cap. II et III, qui arripiens pileum e capite Catholicorum : Hic pileus, inquit, est apud te et apud me? cumque responderet Catholicus : Est apud te; inquit : Ergo Verbum quod erat apud Deum, illi exterior erat, non *ἔντοντος* et consubstantialis. Recte enim respondet S. Fulgentius, Verbum non esse apud Patrem sicut pileus est apud me : pileus enim est res distincta a me : Filius autem cum Patre est eadem res essentialis, ideoque dicitur esse in simu Patris. Filius ergo est apud Patrem e modo quo calor est apud splendorem in eodem igne, aut potius eo modo quo memoria est apud intellectum in eadem mente et anima, praesertim si cum nonnullis Philosophis dicamus potentias, puta intellectum, memoriam, voluntatem, ab anima non distinguiri, sed cum ea realiter esse unum et idem.

(1) « Quod vidimus, inquam, et audivimus, annemiamus, etc. Praesens annemiamus non solum, recte monente Alio, pertinet ad hanc epistolam, sed aut in universo ad predicandi munus, quo perpetuo fungitur Apostolus, aut in specie ad doctrinam quam in Evangelio proponerat.

millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in celis, et iudicium omnium Deum, et spiritus iustorum perfectorum, et testamentum novi mediatorum Jesum, et sanguinis aspergimentum melius loquenter quam Abel. » Cum his omnibus in Ecclesia est nobis societas, puta cum angelis, cum Apostolis, cum primis Christianis, cum viris justis et perfectis, cum Beatis, cum Christo et Deo. Unde subdit Joannes :

ET SOCIETAS NOSTRA SIT CUM PATER, ET CUM FILIO IESU CHRISTO, — non cum Deo Simonis Magi et mediatoribus angelis, quos ipse cum Platone quasi semideos inducit. Societas ergo Ecclesia est societas cum Deo et Christo, « nec habere societatem cum Deo quisquam valet, qui non prius unitur Ecclesiae societati, » ait Beda. Nam, ut ait S. Cyprianus, lib. De Unitate Ecclesiae : « Quisquis ab Ecclesia segregatus adulterio jungitur, a promissis Ecclesiae separatur, ne perveniat ad Christi premia; qui reliquerit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est; habere jam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiae non habet matrem. Si potuisti evadere quisquam qui extra arcum Nos fit, et qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadet. Monet Dominus, et dicit : Qui non est mecum, adversus me est, et qui non mecum colligit, spargit; quia pacem Christi et concordiam rumpit, adversus Christum facit; qui alibi propter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit. » Et aliquanto post : « Cum Deo manent non possunt, quia esse in Ecclesia Dei unanimis noluerunt. Ardecat licet flamnis, et ignibus traditi vel obiecti bestias animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pena perfidies; nec religiose virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus : occidi talis potest, coronari non potest. » Hinc excommunicati separati ab Ecclesia pariter separati sunt a Deo et Christo. Graeca significantia et efficacitas habent : *καὶ οὐκονία δι τὸ πατρὶ παῖς οὐτέ πατὴρ τὸν Υἱὸν τοῦ Χριστοῦ* que sint veritas, nostra vera societas est cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo. Ita Vatabulus et alii. Explicit enim nobilitatem societatis Ecclesiae, quod scilicet sit societas cum ipso Christo et Deo : illius enim sponsa est Ecclesia. Hinc in ea finus « divinae consortes nature, » II Petri 1, 4. Nam « qui adhaeret Domino, unus spiritus est, » I Corinth. cap. VI, vers. 7. Hoc est quod admirare celebrat et gratulatur Paulus, I Corinth. 1, 9 : « Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii eius Iesu Christi Domini nostri. » Omnes ergo fideles sunt socii Christi et Dei per fidem, spem et charitatem; sed eo maiorem cum eo habent societatem, quo magis in ejus fide, spe et charitate proficiunt, magisque ejus vitam et mores imitantur, praeferunt ejus fidem et gloriam celebrando, et magis magisque propagando, ut fecerunt Apostoli, qui prouide in hac societate fuere primi et summi, quia pro Christo multa ege-

runt et multa passi sunt, adeoque totos se ejus glorie et animarum salutis impenderent.

Societas ergo haec est amicitia cum Deo : hanc enim vere intercedere inter animam sanctam et Deum docet hic Joannes, ac consequenter ipsa continet omnes conditiones vere amicitie, quas recenset Aristoteles, Cicero et alii Ethici, tractat.

De Amicitia, puta reciprocum amorem, mutua colloquia, officia, gaudia, communicationem hororum, etc. : quae sane mira et divina est anima dignitas, aequa ac utilitas. Unde S. Augustinus, tract. 76 in Joan. : « Facit. inquit, Spiritus Sanctus cum Patre et Filio in Sanctis mansionem, intus tique, tanquam in templo suo. Deus Trinitas, *τριάς*, *τριηγένεια*, Sanctus, venient ad nos, dum venimus ad eos; veniunt subvenientes, venimus obediendo; veniunt illuminando, venimus intuendo; veniunt implendo, venimus capiendo: ut sit nobis eorum non extranea visio, sed interna, et in nobis eorum non transitoria mansio, sed eterna. » Vide dicta in illud quod de Abraham dicitur, Jacob. II, 23 : « Et amicus Dei appellatus est. » Vida et Dionysium Cartusianum hic, post medium cap. I, ubi pulchre et pie explicat quomodo fideles quasi socii et amici cum Ieo agere et conversari debeant.

Porro recte Joannes Hesselius, Doctor Lovaniensis, et ex eo noster Lorusius : Societas, inquit, sive communio haec nostra cum Christo tam homine quam Deo, est tanquam domini et servi, patris et filii adoptivi, illuminantis et illuminati, justificantis et justificati, regentes et subdit, dantis et accipientis, invocantes et exaudiunt, donantis munera et gratias agentis, beatificantis et beati, denique ut adhaerent Dei unus cum illo sit spiritus, et in luce ambulans, sicut ipse est in luce, societatem habeat cum ipso. Secundum humanam natum eum Christo est, ut magistri ad discipulos, sacerdotis ad eos pro quibus sacrificat et interpellat; solvantis pro alio panem debitam, et promiscue seu consequentis gratiam indebitam; gratias agentes cum iis, pro quibus gratias agit; regis rursum et subditorum. Explicant Scripturae societatem hujusmodi parabolam Pastoris et ovi, capituli et membrorum, cibi et edentium, vitiis et palmitum, et aliis *judicis generis*; tandem qui socii passionum, socii et consolationum. Vocavit nos quoque Christus amicos suos, fratres, sorores, matres; dixit euudem Deum suum et Deum nostrum, Patrem suum et Patrem nostrum. Hoc est quod ait Paulus, Ephes. cap. II, vers. 19 : « Estis cives Sanctorum, et domestici Dei; » et Joan. III, 1 : « Vide quoniam charitatem dedit nobis Pater, ut Fili Del nominemur et simus. » Rursum Paulus, II Cor. XI, 2 : « Despondi, ait, vos uni viro virginem castam exhibere Christo; » et Osse cap. II, vers. 19 : « Sponsabo te mihi in sempernitionem, et sponsabo te mili in justitia et iudicio, et in misericordia, et miserationibus; et sponsabo te mihi in fide. »

4. ET HEC SCRIBINUS VOBIS UT GAUDEATIS (in societate Ecclesie Christi et Dei, ejusque bonis gratiae que percipitis, et gloria que percipiatis in celo), ET GAUDIUM VESTRUM SIT PLENUM, — indies scilicet fiat majus et plenius, donec in celo fiat plenissimum, per hoc quod in societate huc indies crescat et proficiat, iuxta illud S. Pauli, *Philippians*, cap. II, vers. 2: « Implete gaudium meum ut ideam sapientias, eamdem charitatem habentes unanimes, iudipsantes; » et illud Christi, *Joan. xvii*, 13: « Hoc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum implicantur. » Hoc gaudium nimirum est nascitur ex testimonio bona et conscientia, que confidens se esse in Dei gratia, sperat ab eo omne bonum et gloriam beatam, iuxta illud Pauli, *II Cor. i*, 12: « Gloria nostra hoc est, testimonium conscientiae nostrae. » Vere S. Bernardus ad *Eugenium*: « Quid ditis, quid in terra quietius est et securius bona conscientia? Damna rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis crucias, quae et ipsa morte magis erigitur, quam deprimitur. » Quin et il *Tuscul.* M. Tullius: « Nullum theatrum virtutis, ait, conscientia magis. » Rursus in *Catone Majore*: « Conscientia bene acte vita multorumque beneficiorum jucundissima est. » Hunc illud pro *Chuentio* praeclare: « Si optimorum, (alii) consiliorum aliquae factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine illo metu summa eum honestate vivemus. Denique conscientia recte voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum. » Et *Horatius*, lib. I, epist. 1:

— Hic narrus ahemens esto,
Nil concire sibi, nulla pallescere cupa.

Ideas, ad 22, lib. I:

Integer vita scelerisca purus,
Non ergo Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis graviga sagittis,
Fusce, plateira.
Sive per Sydes iter astuosa,
Sive facturas per Inostriam
Caucasum, vel quae loca fabulosus
Lambit Hydaspes,

Merito itaque Apostolus integræ puræ conscientiae spem et fiduciam pollicetur. Vere namque scripsit Augustinus: « ipsa charitas bene operantis qui ei spem bona conscientiae spem enim gerit bona conscientia: quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. »

Rursum, « plenum, » id est, reale et solidum, est fidelium « gaudium: » hoc enim mentem satiat et implet, quale est gaudium in Domino; cum gaudium in deliciis, opibus et honoribus sæculi mentem titillat, non implet. Audi S. Gregorium, homil. 11 in *Evang.*: « Quia præsempia gaudia sequuntur perpetua lamenta, hic, fratres charissimi, vanam letitiam fugite, si illæ flere

formidatis; nemo enim potest et hic gaudere cum seculo, et illæ regnare cum Christo. Temporalis itaque letitiae fluxa restrinquit, carnis voluptates edolam, quidquid in animo ex presenti seculo arredit, ex consideratione æterni ignis amarescat; quidquid in mente pueriliter hilaret, hoc disciplina juveniles censure coereat, ut dum sponte temporalia fugitis, æterna gaudia sine labore capatis. » Et S. Chrysostomus, hom. 18 ad *Popol.*: « In Domina gaudens, ex accidente nullo hac voluptate excidere potest; alia némpe emota in quibus gaudemus, mutabilitas sunt, nec tantum nobis afferimus voluptatem, ut ex aliis nascetur tristitiam expellant et obvolument. Dei vero timor haec habet utraque: stabili enim est, et immotus, atque tantum emitit letitiam, ut nullus nos aforum malorum sensus capiat. Deum enim siue oportet timens, et in ipso confidens, voluptatis radicum literatus est, et omnem habet letitiae fontem. Et sicut in immensum mare decidens scintilla, brevi facile extinguitur: sic quanquamvis Deum timenter illudatur, velut in vastum letitiae pelagus incidenter extinguitur atque perdantur. Et revera, hoc est maxime mirabile, quod cum ardentis quoniam contristare solent, permanet ipse gaudens. » Et S. Augustinus, lib. X *Confess.*, cap. xxii, verum gaudium a falso concernens: « Absit, ait, Domine, absit a corde servi tui, qui constitutus tibi, absit ut quoquecumque gaudio gaudeam, beatum me putem: est enim gaudium quod non datur impis, sed lis qui gratias colunt, quorum gaudium in ipse es, et ipsa est beata vita gaudere ad te, de te et propter te, ipsa est, et non est altera; qui autem aliam putat esse, aliud sanctatur gaudium, neque ipsum verum; » et post nonnulla: « Beata quippe vita est gaudium de veritate; hoc est enī gaudium de te, qui veritas es, Deus, illuminatio mea, salut facie mee. »

3. ET HEC EST ANNUNCIATIO. — Graece compositioni ἡγεμόνας, id est *promissio*, ponitur pro simplici ἡγεμόνα, id est *annuntiatio*. Ita *Oecumenius* (1). Jam a *annuntiatio* ponitur pro *annuntiatio*, per metonymiam, quia actus ponitur pro objecto. Sic Deus vocatur spes, timor, amor noster; id est objectum spes, timoris et amoris nostri, sive in quem speramus, quem tememus et amamus. Orendi S. Joannis societatem fidelium cum Deo consistere in eo, ut ambulent in luce cognitionis, obedienties et amoris Dei, eo quod Deus sit ipsa lux; in qua si permaneamus, invicti peccato effimerim, ait *Oecumenius*.

QUONIAM DEUS LUX EST, ET TENERE IN EO NON SUNT ULLA. — Alludit ad *Evang.* i, 4, ubi S. Joannes explicans illud: « In ipso vita erat, » illico subdit: « El vita erat lux hominum, » ut significeat, ad Toletus, ad vitam assequendam necessarium

(1) Multi codices legunt ἡγεμόνα, hancque lectionem in textum recepterunt Griesbachius, Mattheius, Kiespus, etc.

esse humanum, quo Verbum hoc lucet in cordibus nostris; non enim vivere facit, nisi quod fide sua illuminat Christus; ideo *Joan.* viii diebat: « Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita; » quod planius, *Joan.* xvii, exposuit: « Hec est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesus Christus; » ac si diceret: « Vida non sum, nisi ipsi bus lux sum. Unde recite Gregorius Nazianzenus, oral. 4 *Theolog.*, hec verba Joannis sie interpretatus est: « Quia lux erat, vita erat. » Verbum ergo est lux hominum, quo scilicet homines illuminantur spiritualiter per fidem, spem, charitatem, spirituali enim, non de naturali rationis luce haec agi, patet ex sequenti. Sensus ergo est, q. d. Vita nostra, quam dixi esse in Verbo, immo esse ipsum Verbum, est hec Verbi illuminatio, qua homines cognitione Dei et salutis sive illuminat. Et haec est causa cur Verbum sit caro factum, immobilitatis est; decimo nono, per se moveretur; vivus, aliis motibus afferit; vigesimo primo, comprehendendi vim habet; vigesimo secundo, ipse comprehendendi non potest; vigesimo tertio, non egit altero; vigesimo quartu, clam se amplificat; vigesimo quinto, in materia quin ipsius capaces sunt, magnitudinem suam declarat; vigesimo sexto, vim efficiendi habet; vigesimo septimo, potens est; vigesimo octavo, omnibus inest, nec videtur; vigesimo nono, si negligitur non esse videtur; trigesimo, attribu quasi inquisitione quadam repente appareat, rursusque ut comprehendendi et detineri nequeat avolut; trigesimo primo, in omnibus sui communionibus minui non potest. »

Denique apposite Damascenus, lib. II *De Fide*, cap. xi, S. Trinitatem comparat luci, sive soli reflexo in nube, puta in parhelio in quo tres videntur soles, cum revera unicus tantum sit sol. « In dividibili enim, inquit, in divinis est divinitas, ac velut in tribus solibus inseparabilis nexu inter se coherentibus una eademque est lucis tempore atque coniunctio. » Sic et S. Dionysius, cap. II *De Divin. Nom.*, S. Trinitatem representat per tria lumina eamdem domum illuminantia, una luce, et indistincta quadam distinctione. Atque haec de causa lux illa Deitatis et Trinitatis licet in se sit clarissima, tamen nobis est obscura caligo, eo quod acies nostra solem illum tam fulgidum, tam sublimem, tam supernaturalem, rectis et irretoribus mentis oculis intueri et aspicere non valeat. Unde ut eam contemplemur, cum Moses caliginem subire oportet. Audi S. Dionysium: « Caligo, inquit, lux est tum invisibilis, proper extiam et substantia supereminenter claritatem; tum inaccessibilis, pro immeensa supersubstantialis luminis ex se manans copia. Ad hanc pertinet et absorbetur quisquis Deum nosse ac videre meruerit, eoque ipso quod nec videt, nec cognoscit (hoc est, non comprehendit), Deo visu omnemque cogitationem transcendentem familiarius jungitur, hoc ipsum nosecens quod post et super omnia est, que in sensum cadunt; et cum

(1) Lux, res purissima et gratissima, cui magna beatifica et commoda debemus, est imago recte cognitio, moralis perfectionis, felicitatis. Per se igitur haec verba significare possunt: Deus est scientissimus, vel dator felicitatis. Hoc loco autem veritatem debet, ait Alioli, Deus est soncissimus, nam totus locus agit de luminis similitudine cum Deo, ea parte, ut et homines fugiant vita et situ sancti. Non excluditur tamen veri et boni cognitio. Contrarium est *oxyma*, moralis imperfectio. Nam tenebra ingrata sunt, symbolum ignorantiae et vitorum.

Propheta exclamat : Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam; et Apostolus eam agnoscens, vias ejus investigabiles, iudicis inscrutabilia, donum ejus innarrabile, pacem omnem sensum superantem testatus est. Deus ergo Pater lumen est luminosum et prius, v. g. lux solarii lumen producens. Filius est lumen rectum, primo productum, sive que luci commensus et adaequatum. Spiritus Sanctus est quasi lumen reflexum, puta splendor, producitur enim ex mutuo, ideoque reflexo amore Patri et Filii. Idem per umbram viderunt Gentiles. Parmenides Deum definitus esse coronam continentem ardorem, lucis orbem qui cingit colum. Democritus Deum aiebat « esse mentem in igne orbiculari. » Egyptiis hieroglyphum Dei erat stella : « Depicta Egyptiis stella Deum significat, » inquit Horus Apollo, Hierog. lib. II, cap. 1.

Nota : Christum qua Deus et Verbum est lux formalis increata, quia homo est lux creata, quia plenus sapientia, gratia et gloria; et etiam lux causalis, quia causa est omnis sapientia, gratiae et glorie nostrae. Unde S. Joannes in Evangel. cap. I, Christum qua homo est, vocat lucem, quia « illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; non tantum dans eis lumen naturale rationis, ut explicat Origenes et Cyrillus, sed etiam et potius dans eis lumen supernaturale fidei et sapientiae. Unde a Malachia, cap. IV, vers. 2, vocatur « sol justitiae. » Vide ibi dicta. Deliravit autem Manichaeus, cum sole istum materialem censuit esse Christum, teste S. Augustino, tract. 34 in Joann. Luxit ergo Christus maxime post incarnationem; fuit tamen etiam lux ante eam a mundi exordio; nam sicut sol antequam horizontem ascendat, aliquis aurore radios praemitit, quibus mundum illuminat, sic et Christus. Ita S. Augustinus, tract. 5 in Joann. Hoc est quod ait Pater ad Christum : « T'udi in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae, » Isaiae XLIX, 6; et Christus : « Ego sum lux mundi, » Joann. VIII; ac de eo Simeon : « Lumen ad revelationem Gentium, et gloriam plebis tue Israel, » Luke II, 32. Pulchre S. Augustinus, hom. 43, inter 30 : « Ideo, ait, venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat execuator. Fecit summus medius infiniti collyrium prefilli, ut exceceatos sanaret oculos. Vide quale, quamque salutiferum fecerit collyrium, ex Verbo et carne. Verbum, inquit, caro factum est, etc. Refecti autem hominis oculi ita sunt, itaque illuminati, ut angelorum exequare possint oculos, Deique ipsis coelestem gloriam tueri. »

Hanc lucem Christus suis fidelibus, praesertim viris Apostolicis communicaat, adeo ut et ipsi sint lux mundi, juxta illud Job XXXVIII : « Auferetur ab impiis lux tua; » et : « Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, » Psalm. LXXXVIII. Et Christus Apostoli : « Vos estis lux mundi! » Sic lucet lux

vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in celis est, » Math. v. Idem de Joanne Baptista : « Ille erat lucerna ardens et lucens, » Joann. V. Et Paulus Ephes. V, 8 : « Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulare. Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia, et veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. »

ET TENEBRAE IN EO NON SUNT ULLE. — Sicut lux est symbolum Dei, sapientie et gratiae; ita tenebrae symbolum sunt diaboli, ignorantis et peccati, que proinde longe sunt a Deo. Haec Didymus et Oecumenius, qui citamus illud Evangel. S. Joannis, cap. I, vers. 5, « Lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenduntur : » Tenebras (inquit) peccatrice nostram substantiam vocans, in qua Christus natus, id est, qua assumpta, Christus ejus inquisitionem pariceps non fuit; peccatum enim non fecit. Sie David : « Rectus Dominus noster, et non est iniquitas in eo. » Et Moses : « Deus, inquit, fidelis absque ulla iniquitate. » Et rursus David : « Non Deus volens iniquitatem tu es. » Et alibi : « Sanctus in omnibus operibus suis. » Denique Habacuc : « Mundi sunt oculi tui ne videant malum. » Hoc est quod ait S. Jacobus, cap. I, vers. 17 : « Apud quem non est transmutatio, nec viuisstis ombratio. »

Vere S. Thomas, in I Timoth. VI, 1. Res, ait, que actus quidem sunt, sed non purus, lucent tantum, non etiam lux sunt; divina autem essentia cum actus purus sit, lux est. Unde de hominum sanctissimo dictrit : Non erat ille lux, sed deit autem Verbo : Erat lux vera omniae hominem illuminans. » Et S. Gregorius Nazianzenus, oratione 40 : « Deus, aut, summus et inaccessibile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione praeditam illuminans; hoc in intelligibili, quod sol in sensibili; hoc se magis contemplandum nobis praebebas, quo accuratis animos purgaverimus; eo rursus magis amandum, quo magis contemplati fuierimus; denique magis cognoscendum, quo magis amaverimus; seipso speculans et comprehensens, ac per exigua ad externa diffundens. Lumen porro hoc dico quod in Patre, et Filio, et Spiritu Sancto consideratur, quoniam opulentia nature identitas est, atque una eadenum splendoris propositio. »

Quae sane omnia aperie indicant vere dictum esse a Joanne Deum esse lucem tenebrarum prorsus expertem, et lucem, ut ait Oecumenius, intelligibilem, quae oculos animae nostra ad perceptionem ejus illustrat, et ab his materialibus omnibus avocans, ad ipsam solam appetitum nostrum amatorio affectu incitat.

Antistrophe est haec sententia illius cap. I Evangelii, 4 : « Et lux in tenebris lucet, et tenebrae can non comprehenduntur, » de qua S. Gregorius Nyssenus, orat. De Nativit. Christi : « Puritas, ait, in nostris sordibus versatur; sordes vero puritatem non affligunt, sicut ait Evangelium, quod lux

In tenebris et tenebrae eam complexe non sint. » El S. Augustinus, epist. 120 ad Honoratum : « Filius, ait, Dei non est absens etiam mentibus impiorum, quamvis eum non videant; sicut nec illa lux videtur oculis praesentata cecorum. » Idem, lib. I De Per. mer., cap. xxv : « Sicut sol a cœlo quanvis eos suis radiis quoddammodo vestiat, sic et tenebris tenebris lumen Dei non comprehenditur. » Luce autem lux Verbi in tenebris implorum hominum per lumen rationis, per creaturam voces, que omnes Creatorem esse, essequuntur et amandam clamant, per legem naturae menti inscriptam, per legem novam, per Scripturam, doctores, concionatores, sanctas inspiraciones, etc.

Unde idem Augustinus, tract. 2 in Joann. : « Noli cadere, ait, in peccatum, et non tibi occidet hic sol. Si tu feceris casum, tibi faciet occasum. » Si videas lucem cupis, esto et tu lux; si enim tenebras et tenebrosas cupiditas ames, obtenebrabit, immo excubabit.

Viderunt id per umbram Gentiles quos citat Clemens Alexandrinus, lib. IV Strom. Antiphanes, inquit, dixi : « Plutus (id est divitiae) cum aliquo plus alii videntes accepit, cœcos facit: hinc a Poeta predicator ad ortu cœcus; » sic Venus, Bacchus, omnisquis cupidus videntes exceperat. Cilat deinde Aristophanes, dicentem : « Agite, obscurae vite homines, generationi foliorum similes, imbeciles, cera figmenta, folia instar umbre rebus, evanidi, involvures, unius tantum die vitam viventes. »

Porro ridiculi et stolidi, aequa ac blasphemanti Thalmudista, qui dicunt Deum instar lumen pat eclipsis et tenebrarum, a nominatim ea passum, cum lumen injuste a luna ademptum soli attribuit, ideoque ad culpam hanc suam expandit, instituisti festum Nocomenium, sive novilunium, in quo per statuta a sacrificia initio cujusque mensis hoc peculatum purgaret, ut refert Sixtus Sentensis, lib. II.

6. SI DIXERIMUS QUONIAM (quod) SOCIETATEM HABEMUS CUM EO, ET IN TENERIBUS (ignorante Dei et Christi, errorum et peccatorum) AMBULAMUS, MENTIMUR. — « Quia enim societas luci ad tenebras? » II Cor. VI, 14. « Ambulare in tenebris, » est vivere in peccatis, in lispe progredi in pejus ac peccata peccatis cumulare. Perstringit Gnosticos illo aevi docentes (uti nostro docent Lutherani et Calvinistæ) fidles omnes esse predestinatis, eosque solo fidei salvi, ac prædicta etiam nisi peccatum et turpi vivant, manere tamen in Dei predestinatione et gratia, certoque salvandos. Item Ebionitas, qui ambulantes in tenebris se Deo placere jactabant, ac ut ceteri Judaizantes censebant se per frequentes lotiones et baptismata peccata eluere. Nota : Peccata passim a S. Joanne in Evangelio et hic vocantur tenebre, ob multas utrinque analogias. Prima est, sicut tenebre sunt privata lucis, ita peccata sunt privata gratiae.

Secunda, sicut in tenebris ambulans nihil videt, et cerebro impingit: ita peccantes in via salutis cecutiunt, et cerebro impingunt. Tertia, tenebriones uti noctue oderant lucem: ita et peccatores oderunt lucem Dei et hominum, juxta illud Christi : « Qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera ejus, quia in Deo sunt facta, » Joann. III, 20. Quarta, quia peccata sunt opera principis tenebrarum, puta diaboli; hic enim uti primus peccati est auctor, ita omnes ad peccatum instigat. Quinta, quia pleraque peccata in tenebris sunt, juxta illud Ovidii:

Nox et amor, vinumque nihil moderabile suadent :
Illa pudore vacat, Libet amorem metu.

Sexta, quia peccata oriuntur ex tenebris, puta ex errore præcio, quo peccator judicat sibi hic et nunc indulgendum esse cupiditatē exili cum iactura Dei, celi et bonorum aeternorum, quae sane summa est cœcitas et stoliditas. Cœcitas mensis, ait S. Augustinus, lib. V Contra Julianum, quam solus removet illuminator Deus, et peccatum est, quo in Deum non creditur; et pena peccati est, quo cor superbū digna animadversione punitur; et causa peccati est, cum mali aliquid ex cordis errore committitur. » Septima, quia me terri magis obtenebrant et execuunt. Octava, quia ducent ad tenebras aeternas gehennas : « Terram, inquam, misericorditer tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed semper in terris terror in habitat, » Job x, 22. Sicut ergo lux est salutifera et vitalis viventibus rebusque omnibus, tenebrae vero noxiæ et mortiferae: ita fides et gratia Christi est salutifera, vitamque afferat aeternam; peccata vero sunt pestifera, mortemque creant aeternam. Unde Horus Apollo, lib. I Hierog., cap. LXVII : « Egyptii, inquit, tenebras significantes crocodili caudam pingunt. Neque enim alter ad exitum et intermissionem perducit crocodilus quodcumque apprehenderit animal, nisi cauda prius casum, invalidum reddiderit; namque in hac corporis parte principia est crocodilus vis ac robur. » Sicut ergo crocodilus exitialis est, ita et tenebrae.

Hinc tenebre vocantur « umbra mortis, » juxta illud Zacharie : « Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, » Luke I, 79; et illud Isaiae IX, 2 : « Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. »

MENTIMUR, ET VERITATEM NON FACIMUS. — « Mentiuntur » verbo, et « veritatem, » quam loquimur et profitemur, « non facimus » ipso facto; veritas enim hic non tam speculativa mensis et oris, quam practica operis et moris intelligitur. Verum ergo est bonus honestus, sive officium cuiusque quod prestare debet; si id non prestet, veritatem, id est, quod justum est et regnum, non facit, esto id simile, ideoque personalis est hypocrita, et simile hominem vestit, ut ait Nysenus et ist. ad

Harm. Sic de diabolo dicitur *Joannis* cap. viii, vers. 44 : « Ille in veritate non stetit, » quia in integritate, perfectione et officio angelico, in quo creatus erat, non perseveravit; hinc factus est « mendax et pater mendacii. »

7. *SI AUTEM IN LUCE* (rationis, fidei, Evangelii, virtutis, gratiae) *ANNUELANUS* (proficiendo et eundo de virtute in virtute), *SIC ET VSE* (Ihesus) *EST IN LUCE* (id est, est lucidus), *IMO IPSA LUX SUBSTANTIILIS* et divina, ideoque *OMNIS* sua facit in luce sapientie, prudentiae et sanctitatis divine), *SOCIETATE HABEMUS IN INVICEM*. — *Vatablus, mutuam, scilectum cum invicem*, tunc consequenter cum Deo, ut dixit vers. 3. *Ita Dionysius.* Vere S. Augustinus, lib. IV *Confess.*, cap. ix : « Beatus, inquit, qui amat te, et amicum in te, et inimicum propter te. Solus enim nullum charum amilit, cui omnes in illo chari sunt qui non amitterit. » *Ho* est quod ait Sapiens, *Proverb.* i, 18 : « Justorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrulant. » *Et Paulus Philipp.* ii, 23 : « Lucis silentia lumina in mundo in medio nostris pravae et perverse. » *Audi S. Augustinus*, serm. 13 *De Verbis Apostoli* : « Videtis, ait, qui viatores sumus. Quid est ambulare? breviter dico, proficere, ne forte non intelligatis et pigris ambulatis; semper tibi displices quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuit, ubi remansisti. Si autem dixeris: Sufficiet, et peristi: semper adice, semper ambula, semper profice; noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retrocedit, qui ad ea revolvitur, unde jam abscesserat; deviat, qui apostata. Melius it claudus in via, quam cursor preter viam. »

ET SANGUIS IESI CHRISTI, FILII EIUS, EMUNDAT NOS AB OMNI PECCATO. — Non quasi faciat nos impudentes, uti somniant heretici: contrarium enim docet S. Joannes verbis proxime sequentibus; sed « emundat », id est, emundavit a peccatis per baptismum, et emundat in presenti a peccatis per baptismum, et emundabit in futuro ab iisdem, et a periculis peccatorum mortalium. Denique in celo emundabunt nos, non tantum ab omni culpa et peccata, sed et ab omni concupiscentia. Ideo enim S. Joannes utitur presenti *emundat*, ut sub eo quasi medio praeteritum et futurum complectatur. *Ita S. Augustinus* et ex eo *Beda hic*, ac *S. Hieronymus*, lib. II *Contra Pelagianos* : « Quod, inquit, scriptum est, Et sanguis Jesu Filii eius emundat nos ab omni peccato, tam in confessione baptismati, quam in elementi penitentia accipientem est. » *Emundat ergo*, id est, emundantur vobis, emundantur potest et solet instar *lxxiv.*

Nota prima : Deus non radit peccata, ut volum heretici, sed prorsus emundat, id est, expurgat et abolet sicut macula a facie, luteum et vestu, sordes et domo everuntur et emundantur. Ita Concil-

lium Tridentinum, sess. VI, cap. vii, ubi assertum est neminem posse esse justum, « nisi cui meritum passionis Domini nostri Iesu Christi communicatur; » idque fieri in justificatione impi, « dum ejusdem sanctissimum passionis meritum per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsi inheret. » *Porro Clemens VI.* *Extrayag. Unigenitus*, de pena et remissione, assertur unam sanguinis Christi guttulam universum mundum redimere posuisse, quia erat sanguis Verbi per unionem hypostaticam.

Quocirca S. Gregorius Nazianzenus : « Nullum, ait, cum salutis mea miraculo conferendum est, in quo exiguae crux guitar orbem universum instaurauerunt, atque idem quod Iusti coagulum hominibus præstierunt, in unum nos coniungentes et constringentes. » *Et S. Augustinus in Psal.* LXV : « Queritis quid erit? Videlicet quid dedetur, et inventemus quid meritum. Sanguis Christi pretium est, tanti quid valuit? Quid nisi totus orbis, quid nisi omnes gentes? » *Alii vero, serm. 128 De Temp.* : « Premitum vobis nostre sanguis est Domini, et totius mundi incolumentis semper nostra, pecunia illa totius mundi copiosa possessio est. » *Et S. Ambrosius, lib. III De Virgin.* : « Omnia igitur habemus in Christo, omnis anima accedit ad eum, sive corporibus nigra peccati, sive clavis quibusdam secularis cupiditatis infra, sive imperfecta adulatio quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, sive multis aliquia sit iam perfecta virtutibus, omnis in Dominis potestate est, et omnia Christus est nobis. Si vultus curare desideras, medicus es; si febribus restuas, fons es; si gravaris iniquitate, justitia es; si auxilio indiges, virtus es; si mortem times, vita es; si colum desideras, via es; si tenebras fugis, lux es; si cibum queris, alimentum es. »

Nota secunda : *Emundat nos sanguis*, id est, sanguinis effusio, puta passio et mors Christi: haec enim est lytrum et pretium pro peccatis totius mundi; est metonymia. *In fine sequitur sanguinem Christi emundare peccata non physice*, sed mortuorie. Christus enim sanguinis effusione, passione ac morte satisfecit pro peccatis nostris, eorumque venientia nobis promeruit. *Addit D. Thomas*, III part., *Ques. XLVIII*, art. 6, et *Ques. I.*, art. 6, sanguini et carni Christi inesse quoque vim physicam sanctificandi, eo quod ipsa sint instrumentum physicum divinitatis ad sanctificandum homines, de quo disputant ibidem Theologi. Sed audi D. Thomas, *Ques. XLVIII*, art. 6 : « Ad tertium dicendum, quod passio Christi secundum quod comparatur ad divinitatem eius, agit per modum efficientiae; in quantum vero comparatur ad voluntatem animae Christi, agit per modum meriti; secundum vero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eum liberatur a reatu penae; per modum vero redempcionis, in quantum per eam

liberatur a servitio culpe; per modum autem sacrificii, in quantum per eam reconciliari Deo, ut infra dicitur. »

8. *SI DIXERIMUS, QUONIAM PECCATUM NON HABEMUS,* IPSI NOS SEDUCIMUS. — Quod et quale peccatum? Primo, Cajejanus accepit peccatum originale; hoc enim omnes contrahimus ex Adamo, excepta B. Virgine, uti habet plus fidelium sensus, et aperte colligitur ex S. Augustino, f. 5. *V. Contra Julianum*, cap. xv, ubi assertur eum cui caret peccato actuali, caruisse etiam originali; atque B. Virgo caruit peccato actuali, uti docet Ecclesia: ergo et caruit originali. *Sanc*t*ificatus ergo tabernaculum suum Al*l*emissum, i. Psalm. xlv, 5, qui in ipso inhabavit plenitudo divinitatis corporaliter», uti ait Paulus *Coloss.* II, 9. *Imo purissimum ex eius carne utique pariter purissima, carnem assumpsit. Superlat ergo ipsa puritate omnes angelos, et Cherubinos et Seraphinos, ait S. Chrysostomus in *Itatuya*, Nazianzenus in *Tragelia*, sub finem; Ephrem, in *Laudibus Deiparae*, et S. Ambrosius, lib. II *De Virgin.*: « Quid nobilis, ait, Dei matre? Quid splendidius Dei matre? Quid splendidius ea quam splendor elegit? » *S. Anselmus, De Concept. Virg.*, cap. xviii : « Decebat, ait, ut ei puritate quam major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicunquem Filium suum, quem de corde suo aqualem sibi genitum tanguum seipsum dilegit, ita dare dispensabat. » Denique de ea dicitur *Cardio.* IV : « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. »**

Secundo, Lyranus accepit peccatum mortale; licet enim justi eo careant, tamen quia nemo seit certe se esse in gratia Dei, esseque justum: hinc pariter nemo presumeret debet, certoque asseverare se immundum esse a peccato mortali.

Tertio, Hugo, Dionysius et alii passim accipiunt peccatum veniale: licet enim infans et adulatus recens baptizatus, aut plene contritus ab omnibus peccatis absolutus careat omni peccato, etiam veniali; tamen tota vita, imo longo tempore eo carcere nequit, quoniam brevi in aliquo latitur: ita definit Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 23, ubi tamen excepti B. Virginem: « Si quis, inquit, hominem solum justificat dixerit, etc., possit in tola vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. » *Ubi nota*, quod ait Joannes *habemus* in prima persona, significat, et se quoque, regue ad ceteros Apostolos, habere peccatum; licet enim confirmaret essent in gratia, at non peccarent mortali, poterant tamen peccare, et peccabant aliquando venialiter: quanto magis ergo nos nati et enutriti in peccatis, peccata multa et graviora committimus? Unde jugiter nos humiliare eaque plangere debemus, ut egregie ostendit Bellarmi*nus*, lib. *De Genesi columba*, sub initium lib. II.

Quarto, ali per « peccatum » accipiunt, non solum culpam, sed et reatum sive obligationem ad penam temporalem, qui remissa culpa et pena aeterna communiter remanere solet. Ita D. Thomas in IV, dist. 21, *Ques. II*, art. 1, ad 4. *Quinto*, ali per « peccatum » accipiunt concupiscentiam, que subinde in Scriptura, ut Rom. vii, 13 et 17, et a S. Augustino vocatur peccatum, non quod propri et formaliter peccatum sit, uti volunt heretici, sed metonymice, quia est effectus, pena et causa peccati. Concupiscentia enim, remissa culpa, manet in omnibus renatis et justificatis, uti docet Concilium Tridentinum ipsaque experientia. *Huc accedit Gennadius*, lib. *De Eccles. dogmat.*, lxxxvi (qui liber falso ascribitur S. Augustino), ubi docet omnes veraciter asservare se peccatores, « quia in veritate habent quod plangant, si non reprehensione conscientie, certe mobilitate et mutabilitate prævaricatrix natura. »

Fatuo omnes hosce sensus simul nos posse complecti, ut generaliter S. Joannis propositionalem generaliter accipiamus de quovis peccato, ejusque effectu, puta reatu et concupiscentia, et tunc verbum *habemus* ample accipitur, et ampliandum est ad praeteritum et futurum, q. d. habemus peccatum originale, et habemus vel habemus peccatum aliquod actuale, si diu vivamus. Unde mox vers. 10, mutat prius in praeteritum, dicens: « Si dixerimus quoniam non pecavimus, » etc.; vult enim docere omnes obnoxios esse peccato, et eger, redemptore Christo: ejus enim sanguis emundat nos ab orci peccato, tam quoad culpam, quam quoad penam, et concupiscentiam, uti paulo ante dixit. Quare sicut sanguis Christi emundat nos ab omni peccato originali, mortali, veniali, etc.; ita pariter illud omne hic accipi potest: proprii tamen et directe accipiendo est hic peccatum actuale, sive mortale id sit, sive veniale. Illud enim solum confitendum est, uti de peccato hoc subdit Joannes: « Si confiteamur peccata nostra, » etc.; et de eo solo verum est quod subjicit vers. 10: « Si dixerimus quoniam non peccavimus, » id est, comimus actuale peccatum.

Sensus ergo est: « Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, id est, quod peccatum non facimus, non committimus aliquando, sed vivimus sine peccato, sumusque *avenerati*, id est expertes peccati, vel impeccabilis, « ipsi nos seducimus. » Peccatum ergo non habere, idem est quod non peccare; sicut habere spem, idem est quod sperare, *Proverb.* xxii, 18; habere fidem, est credere; habere quietem, est quiescere, *Apocal.* iv, 8; finem habere, est finire, *Marc.* iii, 26. Per « peccatum » ergo accipe actuale, præcipue veniale, quia in illud cerebro cadunt homines, etiam justi, uti parvo, et vix ullo tempore omni veniali careant; siueque de eo potest dici in præsentia, quod « peccatum habemus, » id est, peccamus septem venialiter: ita explicat et definit Concilium Milevitannum, can. 6; Tridentinum, sess. VI, can. 23; S. Augustinus, *De Perfectione justitiae*,

cap. xxi; S. Hieronymus, dial. 3 *Contra Pelag.*; S. Basilius, hom. *De Paup.*; S. Cyprianus, lib. III ad *Quirin.*, cap. liv; S. Gregorius, XVIII *Mor.*, iv; S. Ambrosius, *De Fug. sex.*, cap. i, et alii. Succenturiatus S. Jacobus, dicens cap. iii, 2: « In multis offendimus omnes. » Vide ibi dicta. Perstringit enim Joannes, « que ac Jacobus, Simonianos, Gnosticos aliquos illius eti hereticos docentes solam infidelitatem esse peccatum; fideli enim omnia esse mundi, etiam tamen puriter vivat. Idem hoc seculo docuit Lutherus et Libertini. Reguardi vero et Beguini censurunt se sicuti similes ad tantam posse perfecte ascendere, ne fiant impeccabiles, quantcumque tentatio exurgat. Peccatum quoque docuit peccata omnia, etiam venialia, sine gratia Christi, solis naturae viribus posse vitari, que omnia damnata hie S. Joannes. Ab his non longe abit Durandus in II, dist. 28, Quæst. III, qui putat omnia venialia deliberata posse vitari, non autem omnia venialia indeliberata, que fiant ex subreptione. Hoc est quod ait Sapiens Eccl. vii, 21: « Non est homo justus in terra, qui facit bonum, et non peccat. » Et Proverb. xxiv, 46: « Septies in die cadit justus, et resurget. »

Hac est ergo humiliatio nostra in medio nostri, ut jugiter agnoscere debeamus nos esse peccatores, ideoque quotidie iuxta Christi doctrinam orare: « Dimitte nobis debita nostra, etc., et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. » Audi S. Augustinus, *De Natura et Gratia*, cap. xxxvi: « Excepta, inquit, S. Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullana prorsus, cum de peccatis agitur, haberi, volo questionem; inde enim sciimus quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quo concipere ac parem meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas, cum hi vivent, congregate possemus, et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse resputuros putamus? Utrum hoc quod iste dicit, an quod Joannes apostolus? Rogo vos quantalibet fuerit in hunc corpore excellentinae sanctitatis, si hoc interrogari potuerint, nonne una voce clamassent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est? » Et S. Gregorius, hom. 39 in *Evang.*: Sine culpa, ait, in mundo esse non potuit, qui in mundum cum clavis ventit. »

Qui ergo ob scientiam inflaris, qui ob ingenium, opes, vires, formam, dignitatem, cervicem attolis, cristas pone, pedes cum pavone inspice. Nostri quis sis? peccator es. Scis quid sit peccatum? est summa hominis vilitas, summa miseria, sumnum orbis malum; summa euina summo bono adversatur. Peccatum enim est summus Dei contemptus, summa ingratisatio, summa odium, summa offensa, adeoque est Christicidium, immo quasi Deicidium. Si enim Deus oo-

cidi posset, utique non alio telo quam peccato periretur.

Porro Cassianus, lib. XXIII *Collat.* cap. xix, exemplum dat orationis, in qua vix quisquam est qui non mente evagetur, et venialiter delinquit. Caute tamen legendus est ipse, cap. v et seqq., ubi videtur asservare malum esse, quidquid nos etiam invitos a iugis Dei contemplatione abs trahit, ut comedere, bibere, dormire, laborare manibus, uti fecit S. Paulus ad comparandum vietum; sed explicandum est de malo pene, ex quo tamen facile oriatur malum culpe. Explicat enim illud Apostolus, Rom. vii, 49: « Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago; » et per « bonum » accipit jugem Dei memoriam et presentiam, per « malum » distinctionem mendis ab hac Dei presentia, q. d. Apostolus: Vellem jugiter contemplari Deum presentem, sed ob corrupte naturae necessitates id prestatre nequeo, ideoque culpe periculum invenio.

Ipsius nos seducimus, — ipsi nos decipiimus et decipiunt, quia falsum nobis ipsis persuadimus in perniciem animae nostrae. Ita Ocumenius. Qui enim putat se plane a peccato purum, negligit quarecum remedium peccati sui, ob quod puniendus est. Rursus, dicens se carere omni peccato, superbe et presumptuose errat; contradicit enim Scriptura assertori nos omnes esse peccatores, et evanescat gralian et passionem Christi, dicens se non egere emundatione sanguinis ipsius, ideoque blasphemus est et ingratuus: quare nisi resipiscat, condemnabitur.

ET VERITAS IN NOBIS NON EST. — q. d. « Mentiur, » uti logit Cyrillus, catech. 3. Hinc S. Augustinus in *Sententias*, sent. 363: « Divinitus, ait, dictum est, Eccl. cap. vii, 17: Noli esse justus multum, quoniam non est justitia sapientis, sed superbia presumentis. Qui ergo sic fit nimis justus, ipsi nimio fit injustus. Quis est autem qui se facit justum, nisi qui dicit se non habere peccatum? »

Si CONFITEAMUR. — Suggerit S. Joannes peccati, cuius omnes reos esse dixit, remedium, scilicet veram ejus agnationem et humilem confessionem ac penitentiam; per hanc enim applicatur nobis sanguis Christi; qui nos ab eo emundat, uti dixit vers. 7. Sed quam confessionem exigit S. Joannes, generalemque fit Deo, an speciemque fit sacerdoti in sacramento Penitentie? Heretici solam generalem que fit Deo admittunt, Catholici etiam speciem requirent. Respondet S. Joannem utramque exigere, generaliter pro peccatis levibus, speciale pro gravibus: mortalia enim peccata non sufficit confiteri Deo, sed eadem sacerdotibus confitenda sunt, ut ab eis absolvantur; eis enim solis tradidit Christus potestatem absolvendi, dicens, *Joannis* xx, 23: « Quorum remiseritis peccata, remittentur eis; quorum retineritis, retenta sunt. » Quare cum

S. Joannes hoc loco nec sibi in Evangelio, nec Christo sit contrarius, dicendum est cum sic esse explicandum, q. d. Si confiteamur peccata nostra, eo scilicet modo, quo Christus voluit et instituit, nimur mortificare confitendo sacerdoti, venialia ipsi Deo, vel etiam sacerdoti, si velim, fidelis est Deus ut nobis confitentibus ea remittat. Ita Thomas Anglicus, Dionysius ac Serarius hic, et Bellarmius, lib. I *De Peccatis*, cap. xiii, et lib. III, cap. iv, qui duo pluribus idem confirmant.

Audi S. Cyprianum, serm. *De Lapsis*: « Hoc ipsum (peccatum), ait, apud sacerdotes Dei dolentes ac simpliciter confitentes exomologesis conscientis facti, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet ac modicis vulneribus exquirunt. » Et Tertullianus, lib. *De Penitentia*, cap. viii: « Tantum, ait, relator confessio delictorum, quantum dissimilatio exaggerat; confessio enim satisfactionis consilium est, dissimilatio contumaciae. » Deinde acta Penitentia vera confessionis indices et comites subjungit: « Itaque exomologesis prosternet et humiliandi hominis disciplina est, conversationem in jungens misericordia illuc. De ipso quoque habitu atque vietu mandat, saccu et cineri incubare, corpus sordibus obsecrare, animum mororibus dejecere, illi que peccavit tristis tractatio mutare, pastum et potum pura nosse, non ventris scilicet, sed anime causa. Plurimum vero ieiunii preces alere, ingemiscere, lacrymari, et magne dies noctesque ad Dominum Deum tuum; presbyters advolvi, et caris Dei adiungentur, omnibus fratribus legationes depreciationis sue injungere. » Breviter S. Chrysostomus, hom. *De Penit.* a: Penitentia, ait, est contrito in corde, confessio in ore, in opere tota humiliata. »

Moraliter: Vide hic quam utilis sit confessio, quo illico Dei iram placat, ejusque gratiam accersit, juxta illud *Isaias* xliii, 26, secundum pentuaginta: « Dic tu prius peccata tua ut justificeris. » Ita David: « Quoniam iniquitatem, inquit, meum ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. » *Psalmi*, l. 4; et *Psalmi*, xxxi, 5: « Dixi: Confitebor adversum me iustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. » Vidi S. Chrysostomum in *Psalmi*, l. et S. Augustinum, homil. 12, inter 50. Audi Origenem, homil. 2 in *Psalmi*, xxxvii: « Sic ut qui habent intus in clausam escam indigestam, aut humorum, vel phlegmatum stomachi graveri et moleste immunitia, si vomerint, relevantur: ita etiam ii qui peccaverunt, siquidem occultant et refinent intra se peccatum, intrinsecus urgunt et propemodum suffocantur a phlegmate, vel humore peccati; si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum et confitetur, simul evomit et debilitum, atque omnem morbi digerit causam. » Unde S. Diadochus, lib. *De Perfect. spirit.*, cap. viii, hunc S. Joannis locum explicans, de confessio-

sione quam facit Religiosus suo directori et pauci spirituali, tentationes et lapsus suos ei manifestando, docet eam esse singulare tentationum et peccatorum omnium remedium. Et S. Franciscus ex S. Augustino in *Sententiis*: « Si te excusat, inquit, Deus te accusat; et si te accusas, Deus te excusat. »

Porro docet S. Joannes nos eo quod crebro peccamus, crebro debere confiteri; esto enim levia sint peccata, tamen si negligantur, evadunt multa et gravia. « Levia multa faciunt unum grande, multe gutte implent flumen, multa grana faciunt massam, » ait S. Augustinus hic. Idem, epist. 108: « Quid enim interest ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis operatur, an paulatim aqua subrepens sentinam, et per negligenter derelicta aliqui contempla implet navim, atque submerget? » Hoc est quod ait Ecclæsiasticus, xix, 1: « Qui spernit modica, paulatim decidet. » Et, ut ait Gregorius: « Si curare parva negligimus, insensibiliter seducti audenter etiam majora perpetramus. » Et alibi: « Qui enim peccata minima flore ac devitate negligit, a statu justitiae non quidem repeate, sed paribus totus cadit. Admonendi sunt qui minimis frequenter excedunt, ut solliciti considerent, quia nonnulla in parva detuleris quam in majore culpa peccatur. Major enim quo citius quia sit culpa agnoscerit, eo etiam celerius emendatur; minor vero dum quasi nulla creditur, eo pejus quo et securius in usu retinetur. Unde fit plerumque ut mens assuta malis levibus, nec graviora perhorrescat, atque ad quamdam auctoritatem nequit per culpas nutria perveniat, et tanto in majoribus contumaciam pertimescere, quanto in minimis dictum non timendo peccare. »

FIDELIS EST. — « Quia qui orare nos pro debitis et peccatis monuit, paternam misericordiam promisit, et veniam secuturam, » ait S. Cyprianus, *De Orat. Domini*.

ET JUSTUS. — Quomodo justus? Non enim teneat Deus ex justitia remittere peccatum peccatores, etiam penitenti; nam illud remittere et condonare est mere eius misericordies et clementie. Respondeo, « justus, » id est equus. Eque enim est et congruum Deoque dignum ut penitentia peccatum remittat, tum quia id ipse promisit penitentibus, non ut operis mercede, sed ut penitentie donum et premium, *Ioannis* xx, 23; *Ezech.* xxviii, 32, et alibi: promissum autem est debitum, quod proinde solvere est justum; tum quia Deus ei divinae bonitati, ac clementie conveniens et dignum est, ut penitentes in gratiam recipiat sibiique reconciliet. « Justum est, » ait S. Anselmus, *Proslog.*, cap. ix et x, o Deus, ut parcas malis, sed et justum est ut malorum punias. » Unde aliqui expoununt, « justus, » id est, benignus et misericordus; misericordia enim maxime congruit Deo; tum denique quia penitentia quasi ex natura reg, est proxima ad reconciliationem et gratiam di-

positio. Sicut ergo naturaliter justum est ut in lignum calidum ut octo, quasi habens ultimam dispositionem, induatur forma ignis: sic supernaturaliter sequum est, ut posita penitentia quasi ultima dispositione, induatur forma gracie, qua peccator reconcilietur Deo. Ita Lyranus et Dionysius.

Secundo, «justus», quia Christus suo sanguine et morte promeruit nobis hanc veniam, eique Deus illam promisit. Justa ergo est, et ex justitia debita haec peccatorum remissio, sed Christo, non nobis: ita Cajetanus. Porro Christus sua merita penitentiem communicat, applicat et quasi appropriat, ut ea penitentia quasi peccatorum suorum lytrum proprium Deo offerat. Quare justus est Deus, qui lytrum hoc accipiens peccata remittit; sed quia haec merita sunt propria Christi, ab eo vero nobis duxtaxis appropriata, id est applicata, hinc ratio justitiae in remissione peccatorum proprie est respectu Christi, non nostri, tum quia ejus sunt merita; tum quia ei remissionem promisit, et ex pacto prestat Deus, non nobis; aliqui enim non solus Christus, sed et nos ipsi essemus redemptores nostri, quod est impium et injuriam Christi.

Tertio, subtilius noster Suarez, 3 part., tom. III, disp. xi, sect. 4, concl. 3: «Fidelis», inquit, est Deus cum condonat penitentibus peccata mortalia; «justus», cum justus condonat venialia: quia scilicet justi per opera penitentiae, charitatis, etc., merentur de condigno hanc condonationem, ut docet S. Augustinus, *De Correptione et Gratiâ*, cap. xiii.

Quarto, quadam etiam ratione justus est Deus, cum condonat penitentem et confitentem peccata mortalia, ex quod confessio, ejusque penitentiae actus, pauli ante ex Tertulliano recensiti, sint quasi satis actione quedam, qua satisfacimus Deo pro offensa contra ipsum admissa. Sicut enim offendens qui proximum vilipendit, justus satisfacit ei, dum se humiliat et ab eo veniam petat; unde offensus ex justitia tenetur acceptare hanc satisfactionem: sic et penitentis satisfacit aliqua ratione Deo cum offensus humiliter confiteatur, veniam que petit cum genitio, larynx, ac presentem si id faciat ex vera et perfecta animi contritione. Contritus enim, cum ex amore Dei super omnem procedat, est quasi compensatio quedam injuria, qua peccator Deum vilipendit et postposuit creature, quam peccando adamavit; amor enim Dei amans eum super omnes creature compen- sat quasi odium Dei, ac honor et preflus Dei compensat ejusdem vilipendium et contemptum, licet non ex aequo.

Quare aliqua ratione justum est ut Deus penitenti ob hosce actus offensam condonet; atque hoc de causa penitentia ponitur a Theologis virtus affinis et connexa justitiae, ejusque pars potentialis. Unde D. Thomas, III part., *Quest. LXXXV*, art. 3, docet penitentiam esse partem et speciem

justitiae vindicativae, ac consequenter commutativa large sumptae, sicut est pietas, observantia, religio, que deficiunt a ratione justitiae strictae, quia respiciunt magis debitum quam sit justitia, et quia respiciunt heum, inter quem et hominem non est aequalitas quam requirit justitia. Imo Durandus, in IV, dist. 14, *Quest. II*, censem penitentiam esse ipsammet justitiam commutativam, quatenus ei imperant virtutes theologicae, ut redditus Deo debitam satisfactionem (qualem selecte potest) pro offensa. Verum ali passim verius censem penitentiam esse specialiter virtutem, a justitia stricta et moralibus ceteris distinctam. Addit Richardus in IV, dist. 15, art. 1, *Quest. II*, in corpore, et ad 1, positis meritis Christi, posse penitentem pro peccatis satisfacere ex justitia; et dist. 17, art. 2, *Quest. VII*, asserit contritionem, si precedat remissione peccatorum, ex condigno eam mereri. Sie et nonnulli alii docent contritionem equivalueri peccato mortali, et ex aequo pro eo satisfacere, idque deducunt ex principiis S. Thomae. S. Thomas enim I II, *Quest. CXIII*, art. 8, docet in justificatione peccatorum prius esse infusionem gratiae sanctificantis, quam sit contritio et remissio peccati; ex gratia enim sanctificante manare contritionem, ex contritione remissionem peccati. Iden discipiuli S. Thomas, ut Cajetanus et Melina ibidem, Ferrariensis, lib. III *Contra Gentes*, c. p. clii; D. Solis, lib. II *De Natura et Gratia*, cap. xviii. Quo posito, sequitur contritionem quasi ex aequo mereri remissionem peccati. Si enim contritus manat ex gratia sanctificante, et precedit remissione peccatorum, ergo eamdem meretur, perinde ac meretur gloriam aeternam, ex sententia S. Thomae; gratia enim sanctificans naturaliter et quasi iure suo expedit peccatum, imo per se et formaliter id facit, ac prouide sine intermedio contritionis.

Verum contrarium sentiunt passim alii Doctores, scilicet contritionem non manare ex gratia sanctificante, sed ex auxilio speciali, sive ex gratia praeveniente et excitante. Ratio est, quia nulla dispositio potest manare ex forma ad quam disponit, ut patet inductione allarum dispositionum et formarum. Ergo cum contritus sit dispositio ad gratiam sanctificantem, non potest ex ea manare; sed necessario eam praeit et precedeat, ut disserit doct. Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vii et viii, ubi consequenter docet nos gratis justificari, idque non mereri justitiam qua ineludit remissione peccatorum. Ita pariter docent Scotus in IV, dist. 14, *Quest. II*; Gabrielis, ibid. *Quest. I*; Durandus in IV, dist. 17, *Quest. II*; Andreas Vega in Concilio Tridentino, lib. VI, cap. xxviii et xxx; Bonaventura in IV, dist. 15, art. 1, *Quest. I*; Almainus, Marsilius et alii ibid. Idem docent Patres, uti S. Augustinus, Ambrosius, Tertullianus, Chrysostomus, tract. *De Penitentia*.

EMUNDET NOS AB OMNI INQUITATE. — Plus significat «iniquitas», quam peccatum, ait S. Grego-

rus, XI *Moral.*, cap. xxi aut xxii, quia facilius fert quis se vocari peccatorem, quam iniquum. Negat id S. Ambrosius, *De Apolog.* David, imo vero, inquit, turpius est esse et vocari peccatorem quam iniquum. Verum quidquid sit de hac re, sepe haec nyma ponuntur.

10. Si DIXERIMUS QUONIAM NON PECCAVIMUS. — Primo, peccato originali, quo peccavimus jam olim in Adamo, quodque in nobis ipsis contraximus, dum primum concepli et animati fuimus: ita nonnulli. Verum quorsum S. Joannes inculcat hic peccatum originale omissionis actualibus? Secundo, «peccavimus», id est peccare potuisse peccato actuali mortifero ob innatam concupiscentiam. Sed quia hoc nescit? Quare verius est S. Joannes loqui de peccatis venialibus; more enim suo repeat, idemque dicit et inculcat hic cum eo quod dixit vers. 8: «Si dixerimus quoniam peccatum non habemus». Unde Syrus versit, si dixerimus nos non esse peccatores, vel nos non peccare. Hebraizat S. Joannes; Hebrei enim praeferit utitur pro presenti quo carent, et pro futuro. Præterit enim apud eos est ipsum thema et radicale verbum a quo cetera tempora, modos et personas derivant.

Illustrat idpsum variis exemplis S. Ambrosius, lib. I *De Abraham*, cap. viii, ut *Joannis* xv, 8: «In hoc clarificatur est (id est clarificatur etclarificabitur) Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli.» *Luce* i, 47, canit B. Virgo: «Magnifica anima mea Dominum; et exultavi», id est exultat, «spiritus meus in Deo salutari meo.» *Math.* xxi, 2: «Super cathedram Mosis sederunt», id est sedent, «Scribæ.» Sensus ergo est: «Si dixerimus quoniam non peccavimus», id est quod non peccamus, quod sim peccato tam veniali, quam mortali vivimus, quod nee peccavimus, nee peccare solemus. Dicit tamen peccavimus in præterito, quia scribit ad Parthos (uti dixi in proemio), qui recenter a

illico eaque gravia peccata commiserant. Rursum inter conversos olim erant qui baptismum diu differabant, etiam usque ad mortem, adeo que agri in lecto baptizabantur, ut per baptismum expiatum ab omni culpa et pena illico puri evolarent in celum, indeque Clerici, id est Lectiari, vocabantur, in quos graviter inveniuntur Padres, ut S. Ambrosius, serm. *De Sanctis*; S. Basilius, Nazianzenus et Nyssenus, oratione *De Baptismo*. Hic sane ante baptismum, utpote in peccato originali existentes et gratia Dei destituti, multa peccata commitebant. Qui vero pueri baptizati erant, jam adulti multa peccata salem venialis admiserunt. Loquitor enim Christianis adulitis. Quare vere asserit omnes peccavimus in præterito, quia vult monere eos, ut deinceps in futuro, utpote jam renati in Christo, a peccatis studiosi caveant; unde mox initio cap. II, subdit: «Filii mei, haec scribo vobis, ut non peccatis amplius.»

MENDACEM FACIUS EUM (qua Deus in Scripturis asserit omnes homines esse peccatores, nec vivere sine peccato, ut *Eccles.* vii, 21; *Proverb.* xxiv, 16; *Psalm.* cxli, 2; *Jacobi* iii, 2, et alibi). Et docet nos orare quotidie: «Dimite nobis debita nostra.» *Matth.* vi, 12. **VERBUM EJUS NON MANET IN NOBIS.** — q. d. Non intelligimus, non amplectimur, non retinemus veram eius doctrinam, aut certe eius obli- visi-
cium; non credimus Scripturis et verbo Dei, quod asserit omnes obnoxios esse peccato, sed illud, ipsumque Deum facimus mendacem. Ita Clemens, Didymus, Cajetanus, Dionysius et Catharinus. Alter Glossa: «Verbum Dei,» inquit, id est Christus per quem fit remissio peccatorum, non manet in nobis, utpote incredulis et superbi, quia evertimus redempcionis Christi mysterium, dicimusque nos utpote justos ipso redemp-
tore non eriguisse, nec egere. Aut «verbum» quod locutus est Deus *Eccles.* iii, 20: «Quanto magnus es, humili te in omnibus,» non manet in nobis, quia ejus contrarium facimus; cum enim simus parvi et peccatores, volumus esse magni et im-
peccabiles.